



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

Cap. XXVIII. Palentinæ foundationis quæ fuerit occasio nomen ei à S. Iosepho B. Virginis de platea, quæ anno MD.LXXX. die S. Regis Daud peracta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**

Hoc autem modo illa S. Anna eremus frequentari coepta est, initium habuit. Habitabat olim isthuc in loco Sacerdos quidam Laurentis, qui alias Ordinis Carmelitani fuerat, mirè erga gloriam matrem S. Annam deuotus: huic nomen erat Didacus de Salazar; vnde in domus suae vicinia hoc eremitorium condidit, habebat autem ad sacrum audiendum satis bonam commoditatem. Quod autem singulari erga hanc eadem studio afficeretur, hinc abijt, indeque reuersus litteras, quibus hocce templum & eremitorium visentibus magna & varia indulgentiae concedebantur, reuocauit. Erat hic, magnus virtutum cultor, & seridè ad seipsum reflectens. Cum autem ex hac vita decederet, testamento suo iussit, ut illa domus, & quidquid praeterea possidebat, in monasterij pro Carmelitanis Monialibus ibidem erigendi foundationem cederet, & si hoc commode executioni mandari non posset, Capellania quaedam erigeretur, cuius possessor sacra aliquoties per hebdomadam celebraret; monasterio vero iam fundato, ad nullas sacra tunc obligaretur. Quisquam viginti annis hoc modo Sacellanus ibi fuit, vnde possessorem iam facis est imminuta: nam (tam etsi haec Virgines domum occupent, solum tamen eius usum habebant, Sacellanus vero in aedem ad Capellaniam spectabat, domo habitabat, quam etiam nunc, & reliquum (tametsi id valde exiguum sit) cedere detrectat. Sed magna Dei est misericordia, vt gloriosa aule suae domui fatum non sit neglecturus. Deo Maestas eius, vt in illa temper ei seruiatur, & vniuersae eum creaturae perpetud dilaudent. Amen.

CAPIT. XXVIII.

AGIT DE FUNDATIONE PALENTINA; NOMEN MONASTERII id habet à S. Iosepho B. Virginis de platea; fundatum id anno Dom. Octogesimo, ipsa S. Regis David se-

Mihi à Villanouana fundatione iam reuersae Superior iniunxit, vt ita petente Reuerendiss. Domino Aluaro Mendosio Episcopo Valencino (fuitis, qui primum monasterium S. Iosephi Abulae tunc admittit, & semper ei fauit, quin & in omnibus quae ad hunc hunc spectant, numquam non fauet: qui, cum Abulensi Episcopo relicto ad Palentinum transisset, Dominus ei desiderium concepit, vt aliud sacri huius Ordinis monasterium illic erigi protuberet Vallisoletum exirenterem. Vallisoletum cum venissem, tam me in ualde agritudo, vt ex ea cuncti me demorituram puta-

*P. Aluari Mendosij e. logium.*

*S. Mariae Teresa Opera.*

ooo

gent.

si





S. Matris  
morbus &  
eius effi-  
cacia.

S.  
Therese

rent. Adeo autem ab eo proposito aliena mansi, & adeo mihi  
visa sum hoc in negotio quidquam non posse prestare, ut quoniam  
uis Vallisoleatani nostri conventus Priorissa, (quae hanc fundamen-  
tum quam libentissimè vidisset) importunius id & peritiosius  
me peteret, vltatenus tamen id mihi persuadere non possem, ut  
quomodo huic initium darem, nescirem. Etenim monasterium  
sine redditibus & in paupertate fundandum erat, dicebatur porro  
mihi, nullatenus ipsum ibi posse sustentari, quod opidum satis tenuis  
fer. lam penè annus effluerat, ex quo de huius, & simul de Burgensi  
fundatione tractare coeperam. Initio sanè tantam in eo difficultatem  
non inueniebam; tunc verò per multa mihi in contrarium occu-  
bant inconuenientia, cum tamen alia de causa Vallisoleatani non  
nihil. Nescio autem, an horum causa esset grauior illa infirmitas  
debilitas, quae mihi è morbo remanserat; an verò diabolus, qui  
num quod postea ibi factum est, impedire volebat. Certè  
ror & miseror (de quo etiam saepe apud Dominam conqueror)  
miserella animae tantum corporis inualitudine & morbis adhaerentibus  
ita vt leges huius obseruare debere videatur. vsque adeo scilicet  
necessitates suas & alia plurima lubire cogit. Quod mihi vna  
mis vitae huius miserijs & laboribus esse videtur, praesertim quia  
non adest simul generosus & heroicus animus, qui ipsum suum  
expugnet, etenim, quod corpus malè valeat, & maximis doloribus  
& cruciatibus afflictoetur (tamen si id alioquin laboriosum & per-  
fit) parui admodum facio, dummodo anima experrecta sit, ac  
ipsa namque Deum tunc laudat, & vniuersa à manu eius pro  
considerat, at, dum vna ex parte paritur, & ex alia non operatur  
ribile quid est & intolerabile; praesertim si talis anima sit, quae  
fissima sese desideria aliquando habuisse comperit, numquam  
terioris, vel exterioris recreationis capiendae, sed sese totam  
quanta est, magni Dei sui obsequio impendendae. Nullum quippe  
liud tunc hic remedium subest, quam patientia, & propria  
cere miseriam, diuinaeque sese voluntati permittere, vt de se  
& statuatur, quodcumque; & quomodo cumque voluerit.

Dolendum  
quod corpus  
tantum in a-  
nimam pas-  
sit.

Opus  
N

Ita quidem tunc ipsa constituta eram, tamen paulatim  
conualescere, & meliusculè habere inciperem, sed tanta me  
ratur imbecillitas, vt & fiduciam quam mihi tum, dum  
rum foundationum inchoanda est, Deus opt. max. date sollicitudinem  
didicissem, omnia quippe, mihi impossibilia videbantur, vnde  
aliquis, qui me, animado corroboraasset, incidisset, is sanè qui  
mihi profuisset, sed hominū alij magis timere me faciebant.



aliquam mihi subinde spem facerent) meam tamen auferrent, expug-

Concigit forte fortuna, illuc quemdam Societatis Iesu Sacerdo-  
tunc appellere, Patrem inquam & Magistrum Ripaldam, quem  
Confessarium habui, virum doctrina æquè ac pietate in De-  
huic ipsa, quis animæ meæ esset status, aperui, eumque  
Dei locum accipere velle dixi, declararet proinde mihi, quid  
videretur. Is ergo multum me exstimulare & animare cœpit, hanc  
meritiam meam senio ascribi debere dictitans. Verùm sat ipsa vide-  
bam, eum non rectè in eo censuisse: etenim hoc tempore adhuc se-  
tam, eam tamen iam minimè sentio. Non dubito quin & ipse sa-  
id nosset, sed hoc dixerit, vt me reprehenderet atq; obiurgaret, eò  
quòd hanc à Deo angorem & tædium prouenire, minimè crederet.

Hec Palentina fundatio vna cum Burgenfi simul cum tractaba-  
& tam ad hanc, quàm ad illam, nihil penitus habebam, sed non  
hoc anxietatis meæ causa, quia etiam cum minori & tenuiori  
subidio eas auspiciari soléo. Nullatenus ergo cœpto vt desisterem, P.  
Ripalda edixit: idem quoque antè paulò Toleti mihi dixerat quidam  
Societatis eiusdem Prouincialis Balthasar Aluarez cognominatus.  
Tum quidem rectè valebam; vnde satis hoc mihi esse debuisset ad  
determinandum & determinandum; at tamen, quamuis permagni  
ad me interesset, planè rem resolvere non potui; eò quòd vel  
debilis, vel sicut dixi infirmitas me vincit, quodammodo  
conterent: sed exinde melius multò valui. Vallisolerana Præposi-  
tæ quantum poterat, me iuuabat & in oneris partem veniebat: lum-  
perere namq; Palentinam fundationem perficere desiderabat; at, quo-  
niam ad eò me videbat tepidam, hinc etiam timidius agebat. Veniat  
ergo iam verus calor, cum nec homines, nec serui Dei quidquam effi-  
cere possint, & frigidi sint: vnde satis videre erit, sæpè non esse me quæ-  
ritæ, cum nihilomino faciam, sed illum qui ad omnia potens est.

Cum ergo die quadam à communionem sacra surgerem, ita flu-  
tuans & dubitans, & ab omni fundatione aspicienda prorsus alie-  
ta, Dominum rogaram, lumen mihi vt daret, ad voluntatem eius  
in omnibus faciendâ; neq; enim tepor meus erat huiusmodi, vt hocce  
mihi desiderii vel in minimo vniquam desererit. Dominus ergo per  
modum increpantis mihi dixit: Quid times quando vniquam tibi desueridem  
qui hactenus fui, sum modò: noli negligere duas hasce fundationes perficere. Quam-  
vis Magne Deus, verba tua ab humanis verbis discrepant! vnde ita  
resoluta & animata mansi, vt ne totus etiam mundus, contradic-  
ans ab hoc me proposito reuocare potuisset, quare statim ea de re

P. Hieronymus Ripaldam fundat. B. Matrivi in suis fundationibus perorat.

Dominus S. Matris timorè cõ- arguit.

512

512





S.  
Therese

Operam

Palentini  
monasterii  
initia.

tractare cepi, & Dominus mihi ad eam media suppedicare. Dum ergo Moniales assumpsi, ad aedes ex illarum dote coemendas: de quibus mihi ab omnibus diceretur, non esse possibili Palentiae nos etiam nosynis viuere, perinde id erat, ac si mihi planè non diceretur: et niam, si reditus stabiles in fundatione monasterij admitterem, iam videbam nulla id ratione tunc quidem posse fundari; cum autem Deus ipsam fundari iuberet, certa erant fore ut Maiestas eius prederet. Quapropter (esto nondum penitus confirmata essem valentine) illuc proficisci statui, & si tempus admodum rigidum esset in SS. Innocentium festo Vallisoletò, eo quo dixi anno, discessi. Vix quidam nobilis illius loci, domum quam ipse ab anno sequenti nicio ad vsque festum S. Iohannis conduxerat, nobis cesserat, quod aliò habitatum se contulisset. Vnde ipsa quidam ciuitatis illius Canonicus (esto eum non nossem, sed quidam de amicis eius multo, illi Dei famulam esse dixerat) sui ipsi, simul etiam firmiter mihi in illam Domini illius intuitu insignem nobis operam praestitit, quemadmodum in alijs vsque modò perfectis fundationibus videtur, quòd in vnaquaque hactenus aliquem velut submirat, qui non iuuet; videt namque, Maiestas eius quam ipsa parum per nos stare valeam. Eum ergo per litteras rogavi; ut, quod fieri solet secretissime, domum illam mihi curaret euacuari (ab alio incoleretur,) at non diceret ad quem illa vsum pararetur, quamuis aliqui de primoribus suam erga nos propensionem dissent, ipse quoque Episcopus satis per se propenderet, longè censebam esse satius rem celari & ignorari. Adeo porro exacte Canonicus Reynosius (ita namque vocabatur is ad quem scripseram, & praestitit, ut non solum demum euacuari curauit, verum etiam etos & alias multas commoditates, satis abundanter nobis praestitit. Et certè ijs opus habebamus; erat namque intensam frigus, hesternus, satis nobis molestus fuerat, idque ob spissam admodum lam, ut inuicem vix videremus: sed ut verum fatear, parum habuimus; quoad vsque praeparassemus locum, in quo postea eorum dicendum esset, priusquam nesciret quispiam nos illuc compertum namque experientia, ita in hisce fundationibus primis expedire. Si enim hominum iudicia & sententias inquiramus, diabolus ilico omnia turbabit; ac licet is nihil omnino contineat, saltem nos inquirerat. Sic ergo factum est: statim namque die mane (cum penè disceret) Missam ibi celebravit Sacerdos, qui nos comitatus erat, Porras cognomenro, insignis Dalmatius; nec non alius Sacerdos, Vallisoletanum Monialium fautor &

Cur S. Ma-  
ter omnia  
in fundatio-  
nibus clam  
perage vel-  
let.



Angustinus de Victoria nominatus, qui mihi pecuniam ad domum  
indigendam mutuo dederat, & per viam satis lautè & amice nos ha-  
berat. Eramus vniuersum, me annuerata quinque Moniales; &  
vna laica, quæ iam à multo tempore me est comitata, sed tam insignis  
est familia, & adeo discreta, vt plus me iuuare possit, quam alia cho-  
ram frequentantes. Toti illa nocte parum dormiuimus, tamen (si-  
cuti dictum est) via pridiana satis difficilis & molesta fuisse ob con-  
tinentiam pluniam quæ ceciderat. Gaiusa porro sum quod eo monaste-  
rio die fundaretur, quod tunc de Rege Dauide, erga quem ipsa mi-  
re afficitur. Officium diuinum recitaretur. Hoc ipso ergo mane Illu-  
striss. Domino Episcopo rem iussi significari, qui necdum sciebat nos  
Palentiam aduenisse. Vnde quamprimum, magna cum charitate,  
quam nunquam non erga nos ostendit, ad nos excurrit, omnem quo-  
opus haberemus panem sese subministraturum pollicitus, suoque  
economo mādauit, de multis rebus necessarijs nobis vt prouideret.  
Tanta porro ordo hic ei debet, vt, quisquis hæc fundationes lege-  
rit, eam tam viuam, quam mortuum Domino per preces commenda-  
re cœneatur, quod è charitate eum rogo & obsecro. Tanta verò popu-  
latus fuit voluptas & gaudium, eaque ita vniuersalis, vt pacem ali-  
quam non viderim: etenim nullus omnino fuit, cui hæc res displiceret. Ad  
quod malum iuuit, quod constaret ipsum Episcopum ita velle, est e-  
tiam in popularibus & omnibus suis admodum carus & acceptus. quin  
& omnis populus tam bonæ & generosæ est indolis, vt talem alibi  
vidisse non meminerim: vnde quotidie magis & magis, hoc me in o-  
pidata monasterium illud inuenisse gaudeo.

Quoniam autem domus in qua morabamur, nostra non erat,  
hinc statim de alia emenda tractare capimus: nam tamen hæc ipsa  
vendibilis esset, quia tamè valde importuno sita erat loco, displicebat.  
Vid. bamur autè per subsidiū pecuniariū, quod è monialibus quæ il-  
lic admitti debebant, habebā, audacter & cū fundamēto ea de re age-  
re posse, quod tamen esset exiguū, eo tamen in loco satis erat magnū:  
quam quæ si bonos illos, quos nobis dedit, amicos Deus non submi-  
sser, omnia nihil iuuassent. Nam bonus ille Canonicus Reynofius  
alium Canonicū, amicū suū, cognomento Salinas, magnæ charitatis  
& ingenij virū huc induxit: qui iunctim & communi studio rem hæc  
non secus corā habuere, ac si propria fuisset, imo vero, vt puto, plusquā  
propria, quin adeo se per ex animo cōuētus huius cōmodis studere.

Est hoc in opido ædicula quædam B. Virgini sacra, religione &  
pro cultu admodum celebris adinstar eremitorij concinnata, cui no-  
men B. Virgo de Platea, quæ tum à vicinorum opidorum incolis, tum

Ooo 3

à Pa-

*Aluarimē-  
dosus in ca-  
nobium Pa-  
lentinum  
curias.*



S.  
Ther.

Oper

N

à Palentinis ciuibus mica deuotione colitur, vt plurimi vndiq; ad  
 eā confluant, vifum Reuerendiff. Domino, quin & omnibus curis  
 nos fi circa illā adē habitaremus, oportunē habitaturas. Nō habebat  
 quidem ipfa domum, fed duas contiguas; quæ fi emerentur, in vna  
 ea vifum tēplo illo accedente, fatis futura videbatur. Illius confectio  
 ius penes Capitulū, & Sodalitium quoddam in ipfo erectū erat  
 de eo impetrando ferio agi ceptum est. Capitulum quidem statim  
 fenfit, fed cum fodalibus illis fatis magnæ fuere difficultates, ac  
 dem ipsi etiam cesserunt, quia, ficuti dixi, opidi illius incolæ  
 pietatem propendent, & magis quā vſquam villos vidi. Vt autē  
 domuum illarum domini nos in eas propendere viderant, plura  
 quo eas facere ceperunt; nec immerito. Ego verò illas inſpicere  
 lni: ar ea ad eō mihi displicuerunt, planē vt eas habere nollem, ne  
 nō ijs qui nobiſcum illuc ibant. Poſtea autē liquido apparuit, dū  
 lum hic multa in aduerſum à parte ſua molitum eſſe; quod male  
 haberet, nos illuc veniſſe & ſedem fixiſſe. Duobus verò Canonici  
 re omnem curabant, videbantur domus illæ fatis procul ab Ecclē  
 Collegiata diſtare (vti etiam reuera diſtant) ea tamē in opidi partē  
 ta ſunt, quæ præ alijs populioſior eſt. Tandē conſtituimus, quod  
 mus illæ nobis non quadrarent, aliam conquirere. Quāobrem duo  
 Canonici tanto re hāc ſtudio & diligētia procurare & efficere ce  
 runt, vt eſſet id mihi non mediocriſ Dominū laudandi oculo, ſi  
 proſuſ vt omitterent, quod huc aliquo modo facere poſſe viderent.  
 Placuit illis inter ceteras quædam, quæ ad quādam cui *Tamayo* nomen  
 pertinebat: habebat hæc loca nonnulla fatis bene concinnata & ſtr  
 uctā, quæ nobis nō male quadrarent, vicina adhæcerat ad domum  
 cuiuſdam primarij, Suetij de Vega nominati, qui qua poteſt nobiſ  
 uet, cui vti & alijs eiuſdē vici hominibus pergeatū fuiſſet, illuc ha  
 tū veniſſemus. Domus illa fatis quidē capax non erat, fed vna cum  
 alia nobis offerebatur; verū, nec hæc ambæ ſimul commodā nobiſ  
 habitationē potuiſſent. Quod ergo tam multa mihi de illa referretur  
 quam maximē volui rem tandē aliquando confici: at Domini illi  
 antequam eam ipſa inſpexiſſem facere voluere. Ego, quod pro  
 mihi eſſet, in publicum prodire, illorumque prudentiæ fatis coo  
 æm, vt eo me conferrem, in animum inducere nō poteram. Sed  
 inducta eo me contuli, eam inſpectura, vti & illas B. Virginis de  
 quamquam intentionē non habere illas emendi; ſed vt prior  
 dominus videret, alias etiam domos ſuppetere, neque neceſſario  
 ipſius domum emere debere. Hæc autem (vti dixi) adeo multa  
 cuere, vt & ijs quæ mecum ibant, vt etiam modo miremur  
 modo illæ nobis tunc ita incommodæ videri potuerint. Quæ



nam domum inspectum iuimus, cum intentione & quasi certa, illi  
& non aliam coemendam. Et quamuis sat multas in illa difficultates  
inueniremus, quibus etiam valde difficulter occurrere posset, eas tamen  
dissimulauimus. Nam ut templum in ea construere posset (& quidem  
satis incommodum & difforme) omnia loca quae in ea ad habitandum  
commoda erant, necesse erat auferri. Terribile certe quid est, iam tum  
resoluitum & deliberatè plane, in rem aliquam ferri. nam id (ut verum  
fatear) me recreauit & placuit, ut parum de me ipsa fiderem: tamen si  
non essem tunc sola quae decipiebar.

Tandem rursus conuenimus cum intentione non aliam emendi  
quàm hanc, & quod venditor poposcerat pretiū: esto enorme foret, ei  
offerendi & hanc mentem nostrā ei, quae iam vrbe abesset, quauis nō pro-  
cul distaret, perscribendi. Impertinens certè cuiquam videatur, tanto  
tempore me in domo emptione occupatam fuisse: sed iudiciū suspē-  
dit, ut si, dum videat, què diabolus finè & intentionè habere debuerit,  
ne illas & diculae B. Virginis contiguas aedes emeremus: quae quotiescūq;  
meū recogito & recordor, non possū nō timere. Cum ergo (vti iā dixi)  
oēs ita in aliā illam domū propēderent, ut aliā quàm hanc emere nollēt,  
postulati cū sacro interesset, agitare magna cū perplexitate animo ce-  
pi, consulto ne priores illas emere negligere: hinc tanta me occupauit  
quietudo, ut penè toto tēpore Sacri me quiescere nō permisit. In-  
ter haec ad Sacrosanctū Eucharistiæ Sacramentū accedo, & ecce in e-  
iusdem sumptione haec verba. *Haec tibi quadrat, audiui, quorum ea fuit*  
*vis & energia, ut planè me fecerint animum à priore illa quam men-*  
*te designaram auocare, & in priores illas aedes propendere.*

Cum verò durum mihi videri inciperet, rem vsque eò productam,  
quamq; si qui nobis tam impigrè & sollicitè opitulabantur, tam im-  
pensè desiderabant, dissoluere repente, & velut abrumpere, respondi  
mihi Dominus: *Ignorant illi quā multis illo in loco delictū offendat: quibus per*  
*nostram illi habitacionem via pracludetur. Cogitare tū mecum ceepi, an non*  
*aliqua hoc illud foret: quamquā nō idcirco, ut de eo certa essem, nam*  
*ex his quos in me operabarur motibus, & operatione, liquidè satis*  
*perpiciebā, hunc esse spiritum Dei. quocirca is statim mihi dixit, Ego*  
*sūm. His ego auditis valde serenata mansi, & quae me antè occuparat*  
*turbatio, protus euauit. At nesciebam, quomodo quod iam factum*  
*erat infectum redderem, & quomodo apud sorores meas quae de illis*  
*audibus apud ipsas iam toties sinistra locuta erā, earum incommodita-*  
*tem tam diuersimodè & variè exaggerando, & quod ob nullā rē mūdi*  
*non velle quin eas vidissemus ante, quàm ad eas, transiremus, reuoca-*  
*rem. Quamquā de hoc vsque ad eò non laborabam; quae iam tum viderem.*

illas

*Suadet S.  
Matri Do-  
minu eme-  
re aedes apud  
adiculari  
B. Virginis  
de Platen.*



illas raturam habituras quidquid ipsa hoc in genere facerem; sed re-  
 rebam, ne illi qui secundæ domus emptionem maximè desiderabam  
 me ut vanam & mutabilem existimarent, quòd tam citò opinionem  
 meam mutarem. quam ego rem, ut turpissimã & intolerabilem, deinde  
 Verùm omnes illæ cogitationes ne vel minimùm me emouere & im-  
 pedire potuerunt, quo minùs in ædes illas B. Virginis propendebam.  
 Neque iam recordabar, quòd non essent commode & bonæ. Nam  
 & Moniales vel vnum peccatum veniale impedire possent; reliqua  
 omnia incommoda domus mihi nullius esse momenti videbantur, ut  
 prout mihi quidem videtur, vnaquæque illarum, si sciuisset quòd  
 sciebam, eiusdem haud dubiè mecum intentionis fuisset. Hæc ergo  
 dissoluendæ ratione vsa sum. Regnosio Canonico tum ipsa con-  
 fessio utebar (erat hic vnus è duobus illis qui me adiuuabant) tum  
 quam huiusmodi res ad spiritum spectantes nondum ei communi-  
 ram, quòd nulla dum occasio, ob quam id necesse foret, sese ob-  
 fer. Et quoniam hisce in foundationibus semper facere soleo, quòd  
 Confessarius mihi faciendum consulebat, quòd maiore cum seueri-  
 te & certitudine in illis procederem; hinc id ei sub sigillo archidiaconi  
 taciturnitatis aperire constitui. nam non satis me resolutam & pro-  
 fam sentiebam ad non exequendum id quòd iam cælitus iussu  
 ram, quin simul magnam in me ipsa propterea repugnanti-  
 molestiam sensissem. Si tamen id iussa fuisset ommittere, certius  
 fuissem: fiduciam namque habebam in Domino, fore ut  
 ut Maiestas eius (quòd aliàs non semel vidi Confessario, quòd  
 quam alterius sit opinionis, præciperet ut is faceret id quòd ipse  
 veller.

Primum ergo ei dixi, Dominum sæpius hac ratione me instruxisse  
 & docere solere; & hæcenus multa satis argumenta & indicia me  
 disse, è quibus hunc eius esse spiritum nossem. simulque ei aperui  
 id quòd contingerat addebam verò, pararam me facere quòd quæ-  
 sciendum ei videretur, esto id mihi quam grauissimam foret. Ipse  
 quòd prudens, sanctus, & qualibet in te boni sit consilij (tamen  
 nis) licet aliquam hinc obloquij occasionem hominibus dante  
 dederet, non tamen omittendum censuit quòd ipsa à Domino iussa  
 ram. Dixi ergo, consultum fore, si nuntium interea expectarem  
 quòd consilij ipsi etiam placuit. Etenim fidebam in Domino, ut  
 ut ipse prouideret. Vt etiam factum est: cum enim domino  
 tantum obtulissemus, quantum volebat & petierat, rursus re-  
 ultra conditum à nobis aureos petijt. quòd certè quedam  
 species videbatur: quoniam plurius æquo illam nobis vendidit.



ego ad oculum paruit, Deum sese huic negotio immiscuisse. possessio namque commodum quam maximè erat, sic eam vendidisse, cumque iam conuentam esset, sine vilo fundamento & ratione, plus quam stipulati essemus, poposcit. Hac ratione difficultati illi, quam diximus fore vt cum ipso numquam possemus expedire, occurrere ex parte est; sed non plane: certum namque erat, quòd ob trepidos aureos non omitteremus emere domum, quæ monasterio cõducendo percommoda esse videbatur. Confessario ergo dixi, opinio- nis & iudicij mei nullam vt rationem haberet, si modo id ipse facien- dum iudicaret; sed socio & collegæ suo apertè significaret, me eius iam sententiæ factam esse, vt ades illæ B. Virginis caro vilius pretio quoquo modo coemeretur. Viuacissimo hic & acerrimo est ingenio, adeo vt, quamuis eorum quæ facta erant nihil ei dictum sit, repentinâ tamen hanc mutationem videns, non dubitem quin tale quid subes- se se imaginatus. Vnde factum, vt vlteriùs me quoad hoc non cõpel- lere aut videri. Satis postea ad oculum omnes vidimus, quàm magnû in hac illa domo emenda errorem admisissimus: nam iam non possu- mus non satis admirari, videntes quor partibus hæ illi præsent & meliores sint: vt interim taceam (quod sanè præcipuum est) quòd nemo non videat, quod eo in loco Domino eiusque gloriosissimæ Mariæ seruiatur, multæque peccandi occasiones hac ratione præcin- duntur: quòd locus desertus & velut eremitorium esset) multa pote- rant committi, quæ diabolus ægrè ferret auferrî & impediri; nos verò cogdebamus, quòd dilectæ Dominiæ & patronæ nostræ in aliquo seruire possemus. Et certè valdè male factum erat, quod tam diu id dubitauerimus, nam ad aliud quid non oportebat nos respicere. Liqui- dè ergo iam patet, in multis nos rebus diabolum tunc ex cæca casse: nam in his multa sunt commoditates, quæ alibi vix reperiantur; deinde populo vniuerso, qui hoc vnicè cupiebat, hac ratione gaudij mate- riam dedimus: ijs quoque, qui vt aliam coemeremus cupiebât, postea valdè placuit, quòd ad has commigrassemus. Benedictus sit ille in æ- ternû qui in hac re lumen mihi dedit, quale semper is mihi dat quo- ties aliquid bene facio. nam quotidie magis & magis obstupesco exi- gnam meam, quâ in rebus omnibus habeo, habilitatè & talentû. No- tare autem putare, hoc me ex humilitate dicere, cum hoc ipsum quò- tidè magis magisque perspiciam: vt Maiestas illius velle videatur, vt cum ego, cum omnes alij apertè cognoscant & videant, ipsum solum esse qui opera hæc præster, velle quoq; vt (quemadmodum olim cæco per lantum visum restituit) sic res quepiam tâ cæca atq; ipsa sum, faciat

S. Mariæ Teresa Opera.

Ppp

quod

SIX



quod cæcum non sit. Nam multa (vt verum fatear) in hæc æra  
quæ (sicuti dixi) magnam cæcitatem includebant; hinc quædam  
que rei huius recedat, vellem sanè Dominum propter illa de  
laudare: at, vt video, ne ad hoc quidem apta sum; vt nesciam  
do me ipse toleret. Benedicte sit misericordia eius in æternum.

Ergo duo illi viri p. B. Virginis clientes, in ædibus illis  
randis festinarunt; & (vt mihi videtur) satis eæ vili pretio  
sunt. Quæ hi in re serio allaborarunt. Vult namque Deus, vt in  
his hisce foundationibus, ij qui nos adiuant, aliquam mercedem  
riam habeant: ego vero nihil omnino præsto, vt iam aliam  
dixi; & vellem nunquam non possem dicere; quia verè sic est  
illi & in domo adornanda, & in pecunia etiã mutuo danda, ego  
ea carebam) & in fideiubendo pro illa, insignem operam præstare  
Nam priusquam alijs in locis fideiussorem inueniam (& quidem  
minori summa) satis mihi laborandum & sudandum est. Nec  
rito: quia nisi venditores Domino confiderent, ante scium me  
obolus habere. At tantam mihi Maiestas eius hæc tenus gratiam  
sticit, vt, quicum que pro me fideiusserunt, nihil amiserint, sed  
que vltimum quadrantem summa pro qua (sponderant, recipere  
quod ego maximam gratiam reputo.

Cum vero venditoribus domorum duo illi fideiussorem  
satisfacerent, ipsum Prouisorem (qui vocabatur Prudentius,  
scio an rectè recorder; ita enim mihi iam dicitur: nam quia  
go Prouisorem nuncupabamus, nesciebam quod propriè nomen  
beret) conquisierunt. Tantæ hic est caritatis, vt multum alijs  
mus, & etiam modo debeamus. Hic ex illis seiscitur, quomodo  
rent; hi se ad illius domum, vt sua fideiussionem hanc manifestè  
properate respondent. Substitit ille, & ait. Itane me pro tanta  
fideiubere vultis? & mox, ne mula quidem sua descendendo, spem  
nem signauit. Quod exulceratis hisce temporibus quam  
ponderandum est, & plurimi faciendum.

Vellem equidem caritatem, quæ Palentia tam vniuersaliter  
quam particulariter, viget, pluribus verbis dilatare, & nullam  
laudem omittere, nam, vt verum fatear, hæc primitiue Ecclesie  
pora redolere, aut saltem hodierna die & modo non minus  
vlu esse videbatur; nam cum nos viderent redicibus carere, se  
super nos alere debere, non modo nos nostraque tuebantur,  
iam singularem à Deo gratiam sibi in hoc fieri censebant. Et  
res prout oportet consideretur, verum dicebant: nam, esto aliquid  
boni profectum non esset, quæ quod iam vni amplius in ciuitate

*Falstinorli  
arvian.*

homo



512

in quo sanctissimum Altaris Sacramentum reponatur, ea sanè vt  
 habenda esset. sit ipse in æternum benedictus, Amen.  
 Jam enim satis apparet, obsequium ei aliquid ex huius mona-  
 chorum in hoc loco constitutione præstitum esse; quod ibidem im-  
 portunitate & dissolutiones aliquæ committerentur, quæ modò  
 solent fieri, nec iam committuntur. Nam, quod plurimi illic ex-  
 citas agerent, & locus per se desertus & solitarius esset, non om-  
 nes, devotionis & pietatis intuitu, se illuc conferebant. cui rei  
 paulatim occurratur. Ipsa quoque Beatissima Virginis imago sa-  
 nis de corde & incommodè sita erat: vnde ei Alvarus Mendosius  
 Episcopus sacellum quoddam ære suo construi curavit; pau-  
 lam quoque alia in gloriosæ huius Virginis honorem & gloriam  
 præparantur, cuius filius sit in sæculum sæculi laudatus. Amen.  
 Ve ergo iam domus aptata & concinnata est, solenni huc tran-  
 situ Moniales pompa, cum transituræ iam essent, idem Antistes iussit;  
 ut intra Octavam festi Ven. Sacramenti factum est. Vnde etiam  
 quædam de causa, Vallisoletò Palentiam reuertit, vni-  
 versam quoque Capitulum, & Religiosæ familiæ, & omnes pro-  
 pè opidi ciues, lara vocum perstrepende harmonia, conuenere.  
 Nos vero inde iam à domo, in qua agebamus, quadrato agmine, pal-  
 los nostris albis indutæ, & faciem velo opertæ, in modum sup-  
 plicantium, ad vicinam quamdam ædiculæ B. Virginis paræciam  
 introiit sumus. Prædicta quoque imago nobis obuiam allata est,  
 & Ven. Eucharistia hoc è templo assumpta, insigni cum ordine &  
 pompa in templum nostrum illata est. magnus tum in omnibus exci-  
 tatus est pietatis sensus. Plures verò aderant Moniales, nimirum quæ  
 ad Soronensem foundationem simul inchoandam illuc venerant, om-  
 nes verò candelas arduentes manibus gestabant. Credo equidem Do-  
 minum die illo valdè laudatum fuisse. Det ipse vt ab omnibus  
 precaturis temper laudetur & benedicatur. Amen.

Palentia verò cum agerem, visum Domino, vt Discalceatorum & Carmelita  
 Calceatorum Carmelitarum tunc fieret separatio, & suum singuli  
 prouinciam haberent, quod ipsi ad nostram quietem & tranquilli-  
 tatem quam maximè cupiebamus, quocirca amplissimum ad hoc Bre-  
 ue Apostolicum (Philippo Rege nostro Catholicò id petente) Roma  
 subis allatum est, eiusq; Maiestas (vltimam antè ceperat) egregiè nos  
 lacrimis inuit. Itaq; admodum Reu. P. F. Ioanne de las Cuevas Ordinis  
 D. Dominici, qui tunc Talabrie noster Prior agebat, ac Romæ à sua Ma-  
 iestate de signatus & expresse nominatus erat, vir sanctitate & præde-  
 censi, quæ hanc ad rem necessaria erat, extimia, iubere, Còpluti cògregatio

*Carmelita  
 Discalceati  
 & Calceati  
 quando ab  
 inuicem dis-  
 iuncti*



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN



celebrata est. Sumptus verò omnes de suo præstitit Rex, cuiusque huius  
 & imperio Vniuersitas omnis illis est opitulata. Celebrata postea  
 congregatio est in Discalceatorum collegio, quod illic est à S. Cyprino  
 cognominatum, & quidem admodum pacificè & magna animorum  
 consensu & concordia. Electus autem in Provinciale est P. M. S.  
 Hieronymus Gratianus de Matre Dei. Quòd autem illi Patri  
 quomodo peractum sit, alio in loco scripserint, non erat cur cur  
 pla quid scriberem. Ideò verò ipsum tetigi, quòd, me in hac fundam  
 ne occupata, Dominus rem hanc ad gloriam & honorem gloriæ  
 Matris suæ, quæ est Ordinis sui, qui hic ipse noster est, velut deus  
 & protectrix, tantopere facientem perfecit. Ego verò tantum  
 in animo meo gaudium sensi, quantum hac in vita possem accipere.  
 Iam enim plusquam quinq; supra viginti anni effluxerant, quibus  
 plurimos labores, persecutiones & afflictiones subieram, quibus  
 gum hic esset referre. & solus verò Dominus eos nosse potest. Quis  
 autem ex eo quòd rem iam perfectam viderè, senserim in animo  
 dium, nec non quòd habebam desiderium, vt omnes proprietate  
 minum mortales laudarent, & nos diuinæ eius Maiestati laudati  
 Regem nostrum Philippum, cuius opera & intentione eam Deo  
 tam felicem exitum conduxerat, (tanta namq; diabolus veterum  
 gorium hoc concusserat, vt, nisi Rex manum ei adhibuisset, non  
 collapsurum penitus fuisset) commendarem, nosse & intendere  
 nemo potest, nisi qui labores & exagitationes toleratos nouerit.  
 verò omnes in pace sumus, tam Calceati, quàm Discalceati, nec  
 bis in Domino nostro seruiendo impedimento est: quapropter, fratres  
 & sorores meæ, cū vestris orationibus ipse sit auxiliarius, illius Matris  
 seruire festinate. Videant præsertim, qui rei huius sunt testes oculis  
 nobis contulerit beneficia, & à quibus laboribus & inquietudinibus  
 nos liberarit; eo verò qui post venturi sunt (cum omnia iam composita  
 nata & composita inueniatur) ex amore Domini obsecro, vt nihil  
 ad perfectionem illatenus faciat, intercidere patiantur. Ne scilicet  
 pter eos dicatur de nobis, quòd de Ordinibus nonnullis dicitur,  
 suæ institutionis tantū laudant primordia, (quia nos iam in operibus  
 dent verò operam, vt semper de bono in melius proficiant. Ceterum  
 rent, diabolus rebus minimis & minutissimis foramen & aperit  
 facere, per quas deinde maximæ se insinuant: & ne vniquam  
 cant, *Nihil hoc est, hæc extrema sunt.* Nam omnia, carissima, præ  
 num quid sunt, modo impedimento sint vt ulterius non  
 datur. Per Domini amorem vos rogo, recordemini, quam  
 cito prætereant, qualemque nobis Dominus gratiam fecerit.

*S. M. horti-  
 aur ad perfe-  
 ctionis con-  
 seruationem.*



hanc nos Ordinem vocando ; quantaque eum maneat p̄na , qui aliquam relaxationem inuhere incipiet. Sed vestros in stirpem & propaginem è qua descendimus ; sanctorum inquam illorum Proceptorum, oculos semper conuicite. Quàm multos in celo habemus Sanctos, qui habitum hunc gestarunt! & sancta quadam præsumptione confidamus, fore nos aliquando p̄r Dei gratiam & auxilium tales, quales ipsi sunt modò. certamen modico durabit tempore, castrum, finis autem æternus est. relinquamus ergo illa quæ in seipsis nihil sunt; ea verò sectemur, quæ ad finem qui finem non habet, nos conducant, quò magis eum diligamus & seruiamus, cum in perpetuas æternitates ipse victurus sit. Amen.

CAPVT XXIX.

FUNDATIO CONVENTVS SORIENSIS, VEL NYMAN-  
tini, à Sanctissima Trinitate denominati : fundatus is est anno Dom. M.  
D. LXXXI. primum verò ibi sacrum celebratum est  
in die festo S.P.N. Elisæ.

Plentia cum versarer, in ea quam dixi fundatione perficienda, Episcopi Oxomensis litteræ mihi redditæ sunt. Nomen huic Doctor Velasquius, cum quo, cum in primaria Ecclesia Toleti Canonici & Cathedralicis ipse ageret, aliquos ego timores & scrupulos tam in me ipsa sentiens, communicare de animæ meæ negotijs procuravi; quòd eum virum doctum, & zelosum Dei famulum esse nossem; quò circa eum importunis precibus rogavi, animæ vt meæ regimen susciperet, mihi quæ contenti operam daret. Is autem, quamvis varijs negotijs distineretur, cum id eum ex amore Dei rogasset, meamque ipsa necessitatem considerasset, tam libenter id præstitit, vt obstupuerim : vnde toto eo tempore quo Toleti hæsi, (quod certè satis fuit diuturnum) eo confessario vsa sum, & de animæ rebus cum ipso contuli. Idque omni, quo licuit, cum candore & simplicitate, prout semper facere mihi moris est. Tantum porro mihi profuit, vt statim ac cum illo contuli, timores me relinquerent inceptum. Alia, ( vt verum fatear) præterea mihi fuit cum illo agendi causa, quam hoc loco non expedit commemorare. At de facto maximam mihi vtilitatem attulit: nam è sacra Scripturæ testimonijs certam & securam me reddebat: quæ certè ratio mihi maximè expedit, cum nimirum certa sum eos qui mihi illa depromunt, ex se etiã doctos esse & multa nosse; vti de illo viro certa eram, accedente præ-

*Soriensis  
conuentus  
initia.*

*Doctoris  
Velasqui  
Episcopi  
Oxomen-  
sis elogium.*

